



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Series Actorvm Omnivm In Canonizatione Sancti Thomae
a Villanova, Cognomento Eleemosynarij**

Romae, 1658

Franciscus tituli Sancti Ioannis ante Portam Latinam Cardinalis Paulutius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9857

Franciscus tituli Sancti Ioannis ante Portam Latinam Cardinalis Paulutius.

Heroicæ virtutes, & insignia miracula, quibus Beatus Thomas Archiepiscopus Valentinus sanctam illustravit Ecclesiam, satis superquè suadent, vt post diuturnum examen, ad eius solemnem Canonizationem, de more Apostolicæ Sedis, procedatur. Et admirabili quidem Diuinæ Prouidentiæ arcane factum esse censeo, vt in hoc sæculo, quo ex tot bellorum influxu Charitas potissimè refrigerescit, is, per Sanctitatem Vestram, Spiritu Sancto sugerente, colendus Christiano populo proponatur, qui Charitatis æstu mirum in modum exarsit: vt si per iras angustiantur vasal carnis, dilatentur per pacem spatia Charitatis: & quo tempore fames orbem terrarum pluribus in partibus agitauit, is aris admoueatur, cui Deus, præter naturæ ordinem, ad substantiationem egenorum triticum multiplicauit in horreo, vt, eius interuenientibus meritis, impleantur horreæ saturitate, & vi no torcularia redundant; quin & grassante pestilentia, is ad Sanctorum honores euehatur, qui pro subleuandis proximis, nec cibile fibi ad ultimum exhalandum spiritum reseruauit, vt magis magisquè discant Pastores animas pro ouibus ponere.

Sed & Sanctitati Vestrae specialiter reseruata videbatur præsentis sæculi, per Beati huius Viri Charitatem, restauratio, cuius nempe felix ad summi Apostolatus apicem electio, ipso sæculari anno ab eius obitu recurrente contigit: cuius Familia Augustiniani Ordinis cœlum pluribus sanctitatis syderibus impletu: que tandem, præclaris hisce præeuntibus Charitatis exemplis, ad pacem data est populorum.

Virginius Sanctæ Mariæ in Via lata Cardinalis Vrbinus.

Sanctitas Vestra, pro pastorali sua sollicitudine in promouenda virtute, nostras exquirit sententias: an in Sanctorum cœtum referendus sit Beatus Thomas de Villanova. Ecquis dubitet,